

1276, novembre 24, Genova

Nicolò Fieschi, attenendosi all'arbitrato del 24 novembre 1276 (n. 864 di MADIA E. (ed.) 1999, *I libri Iurium della Repubblica di Genova*, Roma, Ministero per i beni culturali e ambientali - Ufficio centrale per i beni archivistici, I/V), vende al comune di Genova tutte le terre e i castelli con gli annessi diritti posti nell'estrema Riviera di Levante al prezzo di 25000 lire.

Originale (A), *Vetustior*, c. 308 v.; inserto (B), in n. 864 (*Vetustior*, c. 307v); copia autenticata di imbreviatura (B), *Liber A*, c. 869r, copia autentica di imbreviatura (B''), *Duplicatum*, c. 81r.; inserto (C), in n. 864 (*Liber A*, c. 367r.); inserto (C'), in n. 864 (*Duplicatum*, c. 79v.).

Nel margine esterno di C la seguente annotazione coeva: "Forma instrumenti venditionis" e altre, parimenti coeve, che ripetono i nomi dei luoghi citati nel documento.

D' e B'' sono così autenticate: "(S.T.) ego Rollandinus de Richardo, sacri palatii notarius, hoc exemplum extraxi et exemplificavi (esemplavi in B'') ex autentico (autentico: om. B'') cartulario instrumentorum compositorum manu Benedicti de Fontanegio notari sicut in vidi et legi, nichil addito vel diminuto nisi forte littera vel sillaba, titulo seu puncto abbreviationis causa, sententia non mutata, de mandato tamen domini Dannii de Osnaygo (Osenaygo in B''), civitatis Ianue potestatis, presentibus testibus Iohannes Bonihominis, Loysio Calvo, cancellariis communis Ianue, et Iacobo de Albario notario, anno dominice nativitatibus (anno-nativitatis : om. B'') MCCC primo (I in B''), indictione XIII, die XX iunii".

EDIZIONE: MADIA E. (ed.) 1999, *I libri Iurium della Repubblica di Genova*, Roma, Ministero per i beni culturali e ambientali - Ufficio centrale per i beni archivistici, I/V, n. 865

REGESTO: A. Ferretto, 'Codice diplomatico delle relazioni tra la Liguria, la Toscana e la Lunigiana ai tempi di Dante', II, n. 240.

"In nomine Domini amen. Ego Nicolaus de Flischo, comes Lavanie, volens observare sententiam latam hodie per dominos Symonem Grillum, Lanfranchum de Sancto Romulo et Paschalinum de Albario, arbitros, arbitratore et amicabile compositore inter comune Ianue, ex una parte, et me dictum Niculaum, ex Altera, es forma instrumenti scripti per Benedictum de Fontanegio notarium, M^oCC^oLXXVI^o, die XIII^o novembris, vendo, cedo et trado et quasi trado tibi, Enrico Dardelle notario, syndico comunis Ianue ad hoc specialiter constituto, ut de syndicatu constat per instrumentum hodie scriptum per Benedictum de Fontanegio notarium, ementi nomine et vice comunis Ianue et pro comuni, terras, loca, castra, iurisdictiones, affictus, alodia et donicatus, vassallos, homines et fidelitates hominum atque pedagia infrascripta prout inferius exprimitur: in primis totum ius quod habeo in Portuvenere et Marolia et pertinentiis, item castrum Carpene, item castrum Manarolie, item Volastram, item Montemnigrum, item Cazinaigum, item Pegazanam, item Montale, item Debiu, item Carraigam, item Montem Tenerum, item Coegiam et demum omnes villas et loca, homines et vassallos pertinentes et pertinentia ad castrorum Carpene et districtua. Item omnes iurisdictionem dictorum castrorum et locorum, terrarum et villarum supradictionem et supradictarum, preterquam vigeximam partem iurisdictionum. Item totam Speziam, item castrum Vexigne, item montem Vexigne, item Mianum, item Laman, item Serramarim, item Vi/xellum, (c. 309r) item Fucem, item Lugulum, item Torracham, item Guerzedum. Item omnem iurisdictionem dicti castri, locorum et villarum supradictarum et aliorum omnium pertinentium ad dictum castrum et loca,

preterquam quartam partem iurisdictionis. Item castrum Insule cum omni iurisdictione et omnes villas et loca et omnia pertinencia ad dictum castrum, excepta quarta parte iurisdictionis. Item omnem iurisdictionem ipsius. Item terciam partem iurisdictionis Vallarani et locorum et villarum et omnium pertinencium ad iurisdictionem ipsius. Item terciam partem iurisdictionis Vezani et villarum et locorum et plebium et omnium pertinencium ad dictum Vezanum et districtus Vezani. Item in podio Vezani casamenta meidicti domini Nicolai sive situm casamentorum meorum. Item castrum novum Vezani quod est in Cogomora, quasi totum hedificatum super terram meam. Item omnem iurisdictionem ipsius. Item castrum Pulverarie et accessus castri. Item villam Aimelie. Item villam Caxole. Item villam Carnee et alia loca pertinencia ad dictum castrum. Item omnem iurisdictionem dicti castri et villarum et locorum et omnium pertinencium ad dictum castrum. preterquam quartam partem iurisdictionis. Item totum Bevelinum et villas et loca. Item omnem iurisdictionem dicti loci, terrarum et villarum et omnium pertinencium ad dictum locum, preterquam quartam partem. Item iura que habeo et eciam illa que quodam venerabilis pater dominus O(ttobonus) cum erat diaconus cardinalis seu postquam promotus fuit ad apices dignitatis papalis habebat in Tivegnia, Castiliono et Bracellis, villis seu locis et iurisdictione et pertinentibus ad dicta loca seu aliquem locorum, burgum Pauvalmi et totam iurisdictionem ipsius cum omnibus pertinentibus ad eum. Item medietatem. Item medietatem Cignaioli et iurisdictionis ipsius et omnium pertinencium ad ipsam medietatem. Item medietatem iurisdictionis dicti loci, Item medietatem Serramaioris et iurisdictionis ipsius et omnium pertinencium ad ipsam medietatem. Item omnia iura que habeo in Boarono et occasione ipsius, tam occasione ipsius loci quam occasione iurisdictionis et pertinencium ad ipsum locum. Item omnia iura que habeo in medietate castri Rivalte et iurisdictionis ipsius et eius iuris mihi competenti in medietate villarum et terrarum pertinencium ad ipsum. Item omnia iura que mihi competunt pro terciain Monte de Valle et cum omnibus ad ipsam terram spectantibus. Item iura mihi competunt in villa Albiani cum omnibus ad ipsam villam spectantibus. Item omnia iura que mihi competunt pro quarta in Ponzano et pertinentibus et contra heredes Calandrini et ius vassalatici mihi competens contra dictos heredes. Item omnia iura que mihi competunt pro pedagio sive in pedagio Madrognani ex tenore instrumenti scripti per Proinum de Sancto Stephano notarium, anno M^oCC^oLVIII^o, die XX martii. Item omnia iura mihi competencia racione vassalatici quod habeo in quoscumque homines Cornilie et quoscumque de Vernacia, Corvaria, Pignono et Podenzola. Que quidem castra, loca, terras, iurisdictiones, affectus, aliodia et

donicatus, vassallos, homines et fidelitates hominum atque pedagia tibi, ementi nomine dicti comunis, cum omnibus iurbus pertinentibus ad predicta castra et loca et quolibet predictorum cum omni iurisdictione, nemoribus, pascuis, silvis, terris cultis et incultis, silvestris et domesticis, ripibus et ruinis, cum venacionibus, piscacionibus, aquariciis et demum cum omnibus que habeo seu habere consuevi in predictis et quolibet predictorum et que habuit seu habere visus fuit in ipsis seu quolibet predictorum quodam bone memorie dominus O(ttobonus), Sancti Adriani diaconus cardinalis, tempore quo erat cardinalis seu eciam habuit tempore quo assumptus fuit vel quo fuit in dignitate papali et demum omnia et singula tam c corporalia quam incorporalia que dictus quodam veneabilis pater dominus O(ttolbonus) habuit seu ego habeo vel unquam habui infra hos confines, videlicet a Petracolice et Lagneto usque Sarzanam et a Goano [Godano] et Fudenicie usque mare, excepto iure vicedominatus quod habeo sive habe reconsuevi in Brugnate seu episcopatu Brugnatensi pro episcopo Brugnatensi et si quid plus iuris appareret me habere in dictis castris, locis, terris seu villis et iurisdictione hominum quam superius venditum est, licet aliqua exceperim quod sic eciam in exceptatis plus habeo quam vendiderim, non obstantibus exceptacionibus, illud totum quod appareret me habere cedat in predicta vendicione, salvo quod dictum est de dicto vicedominatu. Que quintem omnia suprascripta tam corporalia quam incorporalia tibi, ementinomine et vice comunis Ianue et volenti acquirere dominium et possessionem ipsis comuni Ianue, tibi vendo, cedo et trado et quasi libera et absoluta ab omni genere servitutum finito precio librarum viginti quinque milium ianuinarum. Que quidem castra, loca et omnia et singula superius diicta de quibus fit vendicio tibi, recipienti nomine dicti comunis, legittime defendere et auctorizare promitto ab omni persone, corpore, collegio et universitate meis expensis propriis, remissa necessitate denunciandi. Possessionem quoque et dominium predictorum superius venditorum tam corporalium quam incorporalium et quasi possessionem tibi tradidisse confiteor, constituens me pro ipso comuni et pro ipso comuni tenere et corporaliter possidere quo usque tenuero et possedero, salvis que inferius dicentur. Et insupet pro predicto precio et ex causa predicta tibi, nomine dicti comunis, et per te ipsi comuni, do, cedo et mando omnia iura habeo et mihi compettunt et compettere possunt et eciam illa que dicto quodam domino O(ttobono) bone memorie compecierunt in omnibus et singulis supradictis, constituendo exinde te, nomine dicti comunis, et per te dictum comune procuratorem ut in rem dicti comunis. Quam quidem vendicionem et vendiciones non advocare nec subtrahere promittitp neque aliquid ex hiis que in dicta vendicione cedunt aliquo modo vel ingenio, renuntiant ex certa sciencia

iuri quo subvenitur in contractu vendicionia, deceptis ultra dimidiam iusti precii, sciens predictorum omnium veram extimacionem et verum valimentum et si quid plus valent et quicquid plus valent, quantumcumque sit, illud tibi remitto et de ipso tibi dicto nomine facio finem et remissionem et pactum de non pettendo. Predictam autem vendicionem et omnia et singula suprascripta perpetuo rata et firma habere et tenere promitto et ut supra dictum est per omnia et singula attendere, complere et observare et in nullo contravenire, alioquin penam dupli valimenti eius quod evinceretur et de quanto ewt quotiens contrafieret, ratis manentibus supradictis, et que tociens committarum quotiens in aliquo contrafieret tibi, stipulanti, dicto nomine, promitto et proinde obligo tibi dicto nomine omnia bona mea, eo acto quod iura que tibi dicto nomine vendidi in Tivega, Castiliono et Bracellis et pertinentibus ad ipsa loca non tenear dicto comuni seu tibi pro ipso comuni facere efficacia nisi quantum pro facto meo et dicti quondam venerabilis patris domini O(ttoboni) ita pro alieno facto quam mei et dicti quondam venerabilis patris domini O(ttoboni) non tenear de evictione seu defensione nec ad precii restitutionem seu ad aliquid aliud quantum/ (c. 309v.) po iuribus venditis in Tivegna, Castiliono et Bracellis. Et predictam vendicionem nec facio nec sub pacto legis commissorie et aliter ipsam vendicionem nec facio nec aliter fecisse intelligar ipsam vendicionem, hoc est pacto, modo et forma quod si precium non fuerit mihi solutum in solidum usque ad terminum annorum duorum, incipiendorum in kalendis februarii proxime venturis, infra quem terminum dedebit fieri solucio ipsius precii secundum quod continebitur in strumento presencialiter faciendo et quod incontinenti fiet inter me et te per manum Benedicti de Fontanegio notarii, quod ipsa vendicio pro non facta habeatur et quod predicta omnia et res predictae et iura sint inempta et pro non venditis habeantur. Et ego dictus syndicus protestor et confiteor ipsam vendicionem factam esse et per me emisse certo modo et forma de quo et qua modo dictum est per te dictum Nicolaum et quod ipsam vendicionem mihi fecisti et facis eo acto quod me pro ipso comuni et ipsum comune obligare tibi debeam ad ea omnia et singula de quibus fit mencio in instrumento quod modo fiet incontinenti facto presenti instrumento per manum dicti Benedicti per quem predens instrumentum conficitur et quod aliter de hiis que in presenti instrumento continentur tenere non debes nisi facta tibi solucione de precio in modum et formam de quo et qua in ipso instrumento presencialiter faciendo continetur. Predicta omnia et sibgula facta sunt per dictum syndicum in presencia dominorum capitaneorum et domini Mathei Angelie, vicarii domini potestatis, in pleno consilio more solito congregato in quo adherant seu vocati fuerunt anciani et consilarii comunis Ianue et de voluntate et mandato dictorum

capitaneorum, vicarii, ancianorum et consiliariorum comunis Ianue nomine et vice dicti comunis. Nomina autem dictorum ancianorum et consiliariorum in palacio consiliorum in libro consiliorum comunis per ordinem sunt descripta. Actum Ianue, in palacio heredum quodam Oberti Aurie, sibi regitur consolium maius, anno dominice nativitatis M^oCC^oLXXVI^o, indicione quarta, die martis XXIII^o novembris, circa complectorium, presentibus testibus Symone Tartaro, Marchisino de Cassino et Petro de Nigro, iuris peritis, Lanfranco de Sancto Georgio, cancellario comunis Ianue, Loisio Calvo et Bartholomeo de Fontemaroso, notariis et scribis comunis, et pluribus aliis. Et plura instrumenta eiusdem tenoris inde fieri voluerunt et eciam preceperunt.

(S.T.) Ego Benedictus de Fontanegio, sacri Imperii notarius, rogatus scripsi.